tele Methodo ea quam Syntheticam vocant, decantatius est in Peripato quàm ut multis exponendũ videatur.

Idem videri possint fecisse qui Physicam hodiè systematicè proponunt. Quia scilicet eadem præcepta tradunt, & ordinem librorũ quem habet Aristoteles sequuntur. Verum enim verò etsi laudem dextræ explicationis eorum quæ tradidit Aristoteles plerisq; non ademptam volo: Methodo tamẽ illi, quam Syntheticam vocant, ubiq; in compendiis illis satisfactum, nego. Cum sæpè in iis contingat, ut quæ Aristoteles â notis ad ignota subindè procedendo investigavit, primo loco, à quorum autem notitia illa dependent, posteriore loco ponantur. Quam rationem docendi duo secuta sunt

in-